

Petrus de Vinea

*Ep. V 58 (Deuotionis
tuaе litteras, quas...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 58 (Deuotionis
tuaе litteras, quas...)*

settembre 1246

Capitano, commendat eum, quod cepit quemdam rebellem.

1. Deuotionis tuae litteras, quas per P. de..., nuntium tuum, nostro culmini destinasti, benignitate recepimus consueta. 2. Et intellectis diligenter tam hiis, quae eaedem litterae continebant, quam hiis, quae idem nuntius tuus pro parte tua nostrae exposuit maiestati, laudabile tuum studium et sollicitudinem condecentem, quae circa captionem M. de Burgo, qui pro anno presenti in Parma Potestas extitit, per nostram excellentiam ordinatus apposuisti, merito commendantes, tibi duximus taliter respondendum. 3. Quod M. memoratus, cum uno familiari suo, R. nomine, per nostram celsitudinem est in marestalla nostra receptus de celsitudinis nostrae mandato; quem suprascriptus P., nuntius tuus, cum compedibus ferreis et dextra in manu fideliter assignauit, eodem P., nuntio tuo, asserente, alium familiarem eiusdem M., nomine B., quem cum eodem M. et alio famulo suo ad nostram curiam per eundem tuum nuntium destinabas, et de quo faciebant tuae litterae mentionem, per te tamquam innocentem a Casali ... reuocatum et ad te remissum firmiter extitisse, sicut eidem tuis litteris iniunxisti.